pās in eadem monitione prȩfixum ſuam vo lũtatem non ſignificaſſe, quȩ quidem Matri monia, etiam ſi poſtea innotuerit coniuges priores infideles ſuam voluntatem iuſte im peditos declarare non potuiſſe, & ad fidem etiam tempore contracti ſecundi Matrimonij conuerſos fuiſſe, nihilominus reſcindi nunquam debere, ſed valida, & firma, prolemq́ue inde ſuſcipiendam, legitimā fore, decernimus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac in Conciliis etiam generalibus editis, cȩteriſque contrariis quibuſcunq́ue. Et quia difficile eſſet præſentes literas, vbicunq; vſus venerit, oſtendi, & publicari, volumus vt earum exemplis etiam impreſſis manu Notarij publici, vel dictæ Societatis Secretarij ſubſcriptis, & perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutȩ, ſeu Prȩpoſiti Generalis eiuſdem Societatis [pro tēpore exiſtentis] ſigillo munitis, eadem fides habeatur, quæ eiſdem prȩſentibus haberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſȩ. Datum Romæ apud Sanctũ Petrum. &c.

¶ Con lo qual ſe quita inumerable multitud de ſcrupulos, que ē los caſamientos de